



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

8. Coma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

cipiorum, quorum vis maxima in parua mole spectabilis emicat, carna durâ est, & solida, quod, & illa inditâ Deo caloris flamma continetur facilius, & necessaria perpetui motus agitatio, atque diuturnior, atque expeditior, sic in suos actus prorumpat: caro hæc triplici villorum genere intertexta est, quorum recti à basi ad mucronem extreum producti, in cordis diastrole sanguinem per venam cauam, in dextrum sinum, aërem per arteriam venosam in sinistram trahunt: obliquorum ministrio attractis perficitur, qui vero transuerteri orbiculatum cor, eiusque ventriculos, ambulant, sanguinem in pulmōnes, vitalem spiritum in aortam, & fumidos vapores in arteriam venosam egerunt. Adsunt venæ nutritientes, & ingenitum calorem, fuentes arteriæ, totam basim cordis instar coronæ cingunt, & ramulos hinc inde explicant. Totum deinde corpus peculiaris tunica cingitur, & adipè copioso, tota ferè cordis superficies oblinitur, ne operennes motus incendio conflagret, & satifcat. Quid eius morum loquar? quem non minus mirati liceat, quam coeli labantis conuersiōnem, aut Eusepi septies interdiu, & noctu reciprocantis astus: hac agitatione fit spirituū generatio, & nihil omnino in perfecto anima- li ferax est, nisi vis illa præpotens, cordis fœcunditatem largiatur.

nitur, & copia; nam & agrî multa ferunt, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita verustati, & præterea vescimur bestijs, & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo: efficimus etiam domitu nostro quadrupedum ventiones, quorum celeritas, atque vis nobis ipsi adferit vim, & celeritatem: nos onera quibusdam bestijs, nos iuga imponimus; nos elephantorū acutissimis sensibus, non sagacitatem canum, ad utilitatem nostram abutimur: nos è terra cavernis ferrum elicimus, res ad colendos agros valde ne geslarim. Nos æris, auri, argenti venas penitus abditas inuenimus, & ad viam aptas, & ad ornatum decoras: arborum autem confectione, omniq[ue] materia, & culta, & sylvestri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum vitimut, partim ad ædificandum, ut recti, septi, frigora, caloresque pellamus, magno usus. autem affert ad nauigia facienda, quoram cursibus suppeditantur omnes, vndeque ad vitam copias, quaque res violentissimas natura genuit, earum moderationem nos soli habemus, matris, atque ventorum, propter nauticarum rerum scientiam, plurimisque maritimis, rebus fruimur, atque vitimur.

## C O M A .

## M A N V S , E T D I G I T I .

## Descriptio: V I . I .

## Descriptio: VIII.

**Q**VAM VERO aptas, & quam multarum artium ministras manus natura homini dedit? digitorum, eam contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras, & atrus, nullo in mora laborant: Itaque ad pingendum, ad sculpendum, ad nervorum ciliendos sonos, ac tibiarum, apta manus est, ad motione digitorum. Atque hæc oblectationis, illa necessitatís: cultus dico agrorum, extractioneque rectorum, tegumenta corporum, vel texta, vel sura, omnemque fabricam ænis, & ferri; ex quo intelligitur, adiuvanta animo, percepta sensibus, adhibitis, opificum manibus, omnia nos consequatos, ut recti, vestiti, ut salvi esse possumus, vibes, muros, domicilia, delubra habeamus. Iam vero operibus hominum, manibus cibi varietas, inue-

C Oma reverenda in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decorata in adolescentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris, inquit Ambrosius. Hexam. lib. 6. cap. 9.

Huius descriptionem in muliere persequentur est Apuleius, suo, ut folerit, stylo intemperantiū velificatus:

Quid cum capilli color gratus, & nitore splendidus illaceret & contra solis aciem vegetus fulgurat? vel placidus renidet? at in contrariam gratiam variat aspectum, & nunc aurum coruscans, in melis lenem deprimitur, vmbram, nunc cornuina nigredine cærulus, columbarum colli flosculos æmulatur: vel cum guttis Arabieis obunctus, & peccinis argente tenui discriminatur: & pone versum coractus oculis occursens, instar speculi, reddit imaginem gratiorem?

Quid!

*Quid cùm frequenti sobole spissus cumularat  
verticem? vel prolixa serie porrectus dorſa  
permanat tanta denique capillamenti digni-  
tas, ut quamuis auro, veste, gemmis, omniq[ue]  
cætero mundo exornata mulier incedat, tamē  
nisi capillum distinxerit, ornata non posuit vi-  
deri. At in Photide non operosus, sed inornatus,  
ornatus addebat gratiam. Vberes enim  
erines leniter emissos, & ceruice dependulos,  
ac deinde per colla dispositos, sensimque fi-  
nuato patagio residentes, pauli per ad finem  
conglobatos, in summum nodus  
astrinxerat.*

Apul lib. 2. Met.

*Note.*

*Contra solis aciem vegetus fulgurat. Callistratus  
de coma Narcissi, κομής ἐν χρόνοις ἡρακλῆ,  
capillis aureis fulgurabat, non satis ιυθατικῶς;  
redditur fulgebat. Idem κατὰ σεναντίον τοῦ  
Meleagri dixit.*

*At in contrariam, lege, Aut in contrariam.*

*Aurum coruscans in mellis lenem deprimitur  
umbra; Significat, auri radians fulgura meli-  
lei colotis minus vegeti, velut quibusdam um-  
bris temperatur. Διαφεύγειν, καὶ διωφεύγοντε-  
ναι, dixit Nazianzenus, oratione undecima.*

*Coruina nigredine carulus. Hunc capillorum  
colorem probat Anacreon;*

*Γράφε μοι τρίχας τὸ τερψτον*

*Απολλάς τε, καὶ μέλασσας...*

*Colombarum collu. Quæ Lucretius describit:  
lib. 2. Nero Cæsar in suis Leoninis.*

*Colla Tyberiaca splendent agitata columba.*

*Gutta Arabica: vnguento bardino, vel la-  
cryma myrræ; quæ laudatissima est in Arabia.  
De vnguentis, & tintæta capillorum notiūs,  
quam hic debeant inculcari.*

*Pectiniu arguti dente tenui discriminatur,*

*aut morsu numerosi dentu eburno.*

*Multifidum discriminatur: Claud. in nuptijs  
Honori. v. 103.*

*Pone ver sum coardus: pone verticem nodo  
relijatus.*

*Crines nodantur in aurum. Maro.*

*Patagio. Beroaldus exponit ornamenti*

*genus, quod summa in camisia*

*circa ceruices afflunt mulic-*

*res, crispissimum, &*

*finuatum.*

**CORPVS HUMANVM IN  
specie.**

S E V,

Variæ descriptiones hominum.

**A P O L L O,**

*Descriptio IX.*

*Ex Apuleio, lib. 1.*

*Descriptiones Apuleij si qua occurrent, cum  
summo delectu erunt imitanda: nam hic  
author, quod præmonui, sapè durus est, in-  
solens, & supra modum putidus: habet ta-  
men multum ingenij, & si meliori Cicero-  
niani stylī censura castigatus esset, plus in i-  
sta obtineret venustatis.*

**C**ontra Apollinem (ridiculum dictu) aduer-  
sis virutibus culpabat: quod Apollo esset,  
& corna intonsus, & genis gratus, & corpore  
glabellus, & arte multiclus, & fortuna op-  
ulentus. Iam primum, inquit, crines eius præ-  
multis antijs, promulsi caproneis, anteuen-  
tali, & propenduli, corpus totum gratissi-  
mum, membra nitida, lingua fatidica, seu tute  
oratione, sine versibus malis vtrobiisque facun-  
dia æquiparari: Quid quod vestris textu tenui-  
is, tactu mollis, pura radians? quid quod & ly-  
ra cius auro fulgurat, ebore candicat, & gemmis  
variegat? quid quod & doctissime, & gratissi-  
mè cantillat: hæc omnia, inquit, blandimenta,  
nequaquam virtuti decora, sed luxuriae acco-  
modata, circa corporis sui qualitatem speciem  
maximum ostentare.

*Note.*

*Apollinis characterem similiter habet A-  
pollonius, Argonauticon lib. II. v. 675.*

*Quintus Calaber, lib. 9.*

*Antipater, ἀντίπατρος Απόλλωνος.*

*Antholog. 4. Philost. Iun. p. 837. in Marfy.*

*Corna intonsus. Nonn. Dionys lib. 10.*

*SS. 3.*

*Φοῖβος*